



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

De bello multa. cap. xlii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

- 1 Princeps de damnis subditorum inconsultis ipsis pacem componere potest.
- 2 Civitas pro pace habenda bona civium suorum concedere potest.
- 3 Ius postliminii inter Christianos an locum habeat.
- 4 Redimens aliquem ab hostibus an imponere possit maiorem taxam, quam ipse solverit.

Dixi supra, quod princeps potest indicere bellum, si iniuria irrogetur eius legato, quia honorantes legatum principem honorant, & è cōverso. tex. in c. nobilissimus, xviij. dist. Et princeps potest componere pacē de damnis subditorum eis inconsultis, quando aliter pax haberi non potest; & ita intellige, ff. de pactis. l. conventionum, quando pax respicit publicum bonū: quia ex publica causa potest res privatorum capere, l. item si verberatum, §. j. ff. de rei vendi. & ibi vide Ange. & docto. ubi fundus tertij datur ad usum militibus, & vide Bart. in procmio, ff. de iur. & vide text. in l. Lucius, ff. de evictio. glo. & docto. in l. fin. C. si contra ius, vel utilitatem publicam. & docto. in d. l. conventionum, & Canonist. in c. quæ in ecclesiarum, de constit. Et licet princeps non sit dominus bonorum subditorum, tamen est dominus, quo ad eorum conservationem, vide Cardina. in Clemen. unica. de iureiur. & vide text. & docto. in l. benè à Zenone, C. de quad. præscrip. & vide de hoc Domi. in c. auctoritatem, de privileg. in vj. Bal. in l. quicumque, de servis fugi. & vide Feli. in c. ex parte, de accusa. & in c. quæ in ecclesiarum, de constit. ubi ipse nova, & vetera recompilevit. Et civitas pro pace habenda potest concedere bona civium suorum. Bal. Ange. in d. l. benè à Zenone, C. de quad. præscrip. & vide Innoc. in c. in nostra, de iureiur. & vide Alexan. post gl. ibi in l. j. ff. de pactis, & vide docto. in c. j. de homi. lib. vj. & vide Alexan. in j.

in j. constitutione fforum, §. omnem. Et nota, quod exercitus non dicitur nisi habens ad minus vnam legionem, l. ij. §. quod ait, ff. de his, qui notantur infamia, & ibi Barto. quod nota ad multa.

Inferentes iniustam guerram tenentur ad restitutionem omnium damnorum illatorum, c. de nostra, de iniurijs, & Inno. in c. fin. quod metus causa, & Bal. in l. ij. C. de sen. quæ sine cer. qua. Si Princeps mandauit capitaneo armorum, vt vadat ad bellum, & capitaneus, vel miles amiserit equos, vel arma, tenetur princeps, vel ciuitas emendare: quia mandatarius habet regressum ad damna, & expensas, vt not. in l. etiam, C. mand. secus si miles, vel capitaneus esset conductus pretio, vt hodie faciunt principes: nam tunc non tenetur princeps, Inno. in c. sicut, il. iij. de iureiuran. quod est menti tenendum, & vide ibi docto. Acquisita licite in bello quis potest retinere; secus si illicite, Innoc. in c. plerique, de immunitate eccles. & in c. sicut dignum, de homi. si enim ab armis subtraxeris iustitiam, arma erunt causa delictorum, & omnium malorum in authen. vt omnes obed. iudi. & propterea maiestatem principis non solum armis, sed etiam legibus oportet esse armatam, vt in proximo insinuat, & tus postlimin. inter Christianos non habet locum in bello respectu personarum, quia non efficiuntur capientium, de consuetudine, secundum Bart. in l. hostes, ff. de capt. & postlimin. reuer. & vide Ange. in disputatione, quæ incipit, renouata guerra, vide Bal. in l. iij. C. de inge. & ma. Prælatus non debet personaliter pugnare, etiam pro utilitate suæ ecclesiæ, sed alios potest hortari. Ioan. Andr. in c. fin. de dila. Ciuitates captæ ab hostibus non efficiuntur seruæ hostium, sed subditæ quoad iurisdic. & ciues illius ciuitatis retinent bona, & possunt restari. Iaco. de Belui. in authen. de hæ. fal. Bart. in l. diuus, ff. de iustitia, & Bald. in rub. de tregua & pace. Si mandata in bello non seruauerunt, etiam si res bene gesta fuerit, capite puniuntur, l. desertorem, §. in bello, ff. de re mil. & c. miles, xxij. q. v. † Redimens aliquem ab hostibus non potest imponere maiorem talem, quam ipse soluerit. Bald. in l. j. C. de episc. audien. finito tempore treguæ non dicitur

noua

moua guerra, sed continuari prima, Ang. in l. si vnus, §. j. de pactis. Princeps, qui concessit castrum in feudum, potest ponere custodes in dicto castro timore guerra, domino castri inuito, l. si vt legatum, §. dominus, ff. de vsu, & habita. vide Ang. in authen. nunc si hæres, C. de litigiosis. Propter delictum populi, vel principis negligentis facere iustitiam potest indici bellum contra totam ciuitatem, & subditos dicti principis, vbi aliud haberi non potest. Bald. in tractatu repræsalium, primo folio. Agentes bellum sine diffidatione dicuntur proditoriè agere, secundum Bald. in c. j. quib. mod. feu. amit. Vadens ad bellum proprio motu, non conductus, vel vocatus à principe animo obligandi illum, cuius negotia gessit, agit actione negotiorum gestorum ad equos, & arma deperditos in bello, l. sed vltro, & l. fin. ff. de neg. gest. & vide not. in c. sicut, il. ij. de iur. iuran. Morientes in bello iusto pro defensione ecclesiæ & fidei, consequuntur cœleste regnum, c. si in morte, xxij. q. viij. & c. omnium, xxij. q. v. vbi duo text. boni, & nota pro euntibus ad bellum contra infideles. Si in bello iusto comburantur, vel destruantur segetes, vel vineæ, non tenetur comburens ecclesiæ ad decimam, Ioan. Andrian. c. commissum, de decimis; quod est singulare propter conscientiam. Miles, etiam vulneratus, non debet discedere à signis sine licentia, per text. & ibi Ange. in l. j. C. quibus obs. long. temp. præscrip. Capitaneus faciens saluum conductum ad eundem, dicitur & concedere ad redeundum, secundum Bar. in l. vltimur, ff. de sepul. vto.

VTRVM LICEAT BELLANTIBVS

vti insidijs. Cap. XLIII.

SVMMARIVM.

- 1 Vtrum liceat bellantibus vti insidijs.
- 2 In bello licito an liceat in diebus festiuis bellare. & num. 3.
- 4 Necessitate urgente etiam in diebus quadragesimalibus licet bellum inire.